

376

DISSERTATIO,
de
SACRO IMPERANTUM
UNCTIONIS
RITU,

Qvam,

B. C. D.

Consensu Ampl. Fac. Philos.

P R A E S I D E,

VIRO CLARISSIMO,

M. JOH. BERNH. *Munster*/

Phil. Pract. & Histor. PROFESSORE Ordin.

dictæ FAC. h. t. DECANO;

PRO GRADU MAGISTERII,

Discutiendam proponit,

CLAUDIUS JENDERIAN,

Ostro-Bothn.

Ad diem 23. Maii Anni M. DC. XC. IX.

A B O Æ, Impr. apud Jo. Laur. Wallum.

ПРАСТЕРІАТО
36
САСОВИЧІ ПЕЛЕНІ
ДІЛІ
ФІЛІ

С. С. А.

Селів Амп'як Феофіл

Лака

Уро. Оларізма

Міністерство

Офіційний відповідник

Едіт Едіт Едіт

ПРО ГРАДУ МУСІСТРИН

Демографічні додатки

Грандіс Інженерії

Оларізма

Документи з доказами

Документи з доказами

Документи з доказами

I. N. J.

DISSERTATIONIS,
DE SACRO IMPERANTUM UNCTIONIS RITU.

§. I



Vam salutare & proficuum sit Reipublicæ, Regibus ac Imperantibus, iis præprimis, penes quos summa & absolute residet potestas, gaudere, nemō sanè, nisi Sacrorum Oraculorum, adeoque Divinæ ordinationis ignarus (α); Juri Naturæ & rectæ rationi contrarius (β); nec non in Anabaptistarum (γ), Paludani (δ), Photinianorum (ϵ), & Pontificiorum (ζ), ahorumque Monarchomachorum (η) castris militans; quin, imò, vitia, pro virtutibus, rabiem, pro humanitate, confusionem & anarchiam, pro

A

feli-

(α) Rom. 13. v. 1. Prob. 8. v. 15. ibid. c. II. v. 14. Dan. 2. v. 21.
Sap. 6. v. 4. Job. 19. v. 11. (β) Job. Gerb. Loc. Theol. Tom. 6. c.
de Magist. Polit. p. m. 474. §. 45. (γ) ibid. pag. mihi. 477. 478.
seqq: (δ) ibid. p. m. 484. (ϵ) ibid. 494. (ζ) ibid. p. m. 497. (η)
inter quos recenset Job. Jac. Mullerus in Instit. Polit. propædeut.
mat. p. m. 10. & II. seil. Buchan. dial. de jur. Regn. Scot. Stephanum
Jun. Brut. (sive is sit Morneus Plessianus; sive Henricus
Langvetus; sive Hottoman; sive Bongarsius;) Vind. contr. Tyran.
quas Guilielm Barcl. l. 3. & 4. tractatus sui elegantissimi, contra Mo-
narchomachos elaborati, solidè confutavit. Peregr. Rossæum in suo,
quem vocat, Postillione; Franciscum Hottomanum in Franco Gal-
lia; Paræum Comment: in c. 13. ad Rom. dub. 4. prop. 3. & 4. qui
liber quoque, quod veneno isthuc infectus, jussu Jacobi VI. Oxonia per
carnificem, publice vulcano traditus esse dicitur: additur & Bus-
scherius de justa Henr. III. abdicat. Hænon. disp. Polit. 2. Obrectus de
Majest: §. 3. & 4. Uasgius Contro. illust. & usufrequent. l. 1. c. 1.n.
10. pag. 25. Altbusius Syst. Polit. c. 9. n. 14 Miltonius, Boxhornius. &c.

felicitate civili amplectens (α), ignorare potest: Nam, ut
 perquam plurima alia, siccō transēam pede, qvæ Regen-
 tium necessitatem, satis superquè adstruunt, hoc faltem,
 in præsentia rerum, dixisse sufficiat, inconstantem sem-
 per, sibi & aliis molestam multitudinem, quam, potius
 amare oporteret Regem suum, quam timere (β), in flagitia
 tetrica ruituram; seditiones horribiles, excitaturam; imo,
 summa imis aliquando, ni ritè obviā eatur, subversu-
 ram (γ): Nullum, enim, tam profundum mare, nullum
 vastissimum licet fretum & procellotum, tantos ciere pot-
 est fluctus, qvantos promiscua quædam multitudo, motus
 habet. (δ) Sanè, cum illa ita ferè comparatum est, ut licet
 natura duce, haud fecus ac cætera bruta animantia, qvi-
 buscum hoc commune habet, in sui feratur amorem &
 conservationem, declinando ea, qvæ nocitura videntur
 (ϵ); nihilominus tamen, vel dicto eidem amori, justo
 plus indulgens, vel etiam nimis quam par est detra-
 bens, exitialibus se implicat miseriis: Quid? qvod, ne
 erubescat qvidem alios, qvibuscum lucis hujus usurâ frui-
 tur, injuriis lacestere, vires eorū debilitare, rodere famam,
 vel qvibuscunque denique modis, injustè ad se pertrahere o-
 pes. Hisce pestiferis errorib⁹, qvæ ex exlege illa qvæsi, dima-
 nare videntur vitâ, nonne Rege opus est, tollendis? Certè,
 ineffabilē ejus necessitatē (ζ), præter alia omnibus inculcat,
 optimi cuiusque Principis character, in eo consistens, ut non
 tantū subditis jus dicat; inutilia, aliaque ejus farraginis ter-
 ræ pondera, a societate removeat; sed etiam, ne liberius
 malum in reliq; vos noxiōsissima contagione serpat, omnem,
 viam

(α) Job. Gerb. de mag. Polit. p. m. 461. seqq. (β) Bod. de Rep. l. 4. c. 4.
 p. 691. (γ) Petr. Greg. Tholoz. de Rep.. lib 6. c. 1. §. 3. Judic. 17 v. 6.
 (δ) Curt. l. 10. c. 7. (ϵ) Cic. lib. I. off. p. m. 35. (ζ) Thol. l. c. per totū cap.

viam & occasionem, in deteriora prolabendi, Institutis fa-
lutaribus præcludat. Hinc itaque non mirum, cur illæ
Respublicæ, quam maximè floreant, in quibus, per piam
Summorum Magistratum administrationem, Religioni &
Justitiae suus constat vigor, quorum quoque Imperantes,
successivo & non interciso aut turbato ordine, sibi invicem
succedunt (*a*), cum illi, omni tempore, quicquid demum ra-
bies humana, in propriam sui perniciem & destructionem,
cœco intentet impetu, mature admodum avertere queant.

§. II.

Reges vero tales & Imperatores, anteqvam Imperii
gubernacula susciperent, more qvodam solenni,
fuisse omni plerumqve ævo, certis qvibusdam ritibus
inauguratos, ex diligentí Historiarum pervolutione, fa-
cile colligere poterit quilibet: Ad evitandam autem pro-
lixitatem, gentem illam Hebræorum antiquissimam, in
rei testimonium, adhibere placet: apud quam, dum Rex
aliqvis, sive per expressam divinam electionem (*B*) ;
sive per successionem (*y*) ; sive per vim & Tyrannidem (*d*) ;
sive per designationem ab aliis gentilium Regibus (*e*) ;
rarissimè verò suffragiis populi constitueretur (*f*) ; etiam
varias, sed in casibus nominatis antecedentibus, plerum-
qve, ceremonias, pristinis illis temporibus viguisse con-
stat: Qvarum, cum facile Unctionem Regalem eminere
deprehenderim; proinde etiam, missis reliquis, illam

A 2

dun-

(*a*) *Marc. Fred: Polit. l. 2. c. 3. p. m. 90. Adam. Contz. Polit. l. I. c. 28.*
Gez. Polit. part. post. c. 7. qvest. 3. p. 119. Et omnes plerumq; alii.
 (*B*) *I. Sam. 9. v. 17. c. 10. v. 24. l. Reg. II. v. 31. (*y*) 3. Reg. I. v. 43.*
*c. 11. Et c. 16. v. 6. 28. c. 22. v. 52. (*d*) 4. Reg. II. v. 1. c. 15. v. 14.*
*16. (*e*) 4. Reg. 23. v. 34. c. 24. v. 17. (*f*) Car. Sigon. l. 7. c. 3. de*
Republ. Hebraor. Guilielm. Barcl. l. 3. c. 2. contr. Monarchomachos.

dantaxat, hac vice, simplici stylo & submisso affectu, breviter describendam suscepit; non quasi propositæ materiae, ab aliis excellentissimis viris (a), antea diffusius pertractatae, omniumque aliarum splendorem & majestatem longissime exsuperanti, vel aliqualem queam lucem afferre; sed solum, ut densiores, propriæ meæ mentis, circa eandem, quodammodo removeam nebulas. Interim, me, Benevolo Lectori, summoperè commendo, rogoq; velit, pro eo, quo est in literarum cultores favore, exiles hasce & Majestati reinequaquā respondentes, de Unctione Regia seu Imperatoriâ, cogitationes, humaniori paulo censurâ excipere, experturus me, indefessum vicissim ac sincerum semper, rerum suarum æstimatorem.

§. III.

Et quia hominum, corpore & animâ constantium, sensus, plerumque, per externas, objectorum insolitorum ac mirabilium, ad eosdem, delationes, maximè afficiuntur; ideo etiam, excepta Majestate, quæ in animo, vultu & auspiciis, Imperantium singularibus, fulget, constituta sunt etiam olim quædam externa signa, seu symbola, quibus Rex & Imperator inaugurandus, ab aliis, in parendi sortem genitis, luculenter discriminaretur (β). Ea autem, quandoquidem, & pro diversitate Rerum publicarū, & mutatione temporum, & pro cuiusque Imperatoris arbitrio, sint varia atque diversa (γ); exactum quapropter eorum catalogum pertexere velle, esset opus infiniti laboris, ne dicam impossibile: potissima tamen, ab optimis, (quos adeundi in hac tanta temporis angustia, mihi data erat

facul.

(a) Wilb. Schickard: Scheid: Aug. Pfeiffer. Thoma Godvi. Qvensted: (β) Petr. Gregor. Tholoz. de Republ. l. 6. c. 20. §. 1. p. m. 225. (γ) idem loc. cit. Dan. Otto: Jur. Publ. c. 10. p. m. 270.

facultas) in hanc rem, commentatoribus, carptim anno-
tabo: Et quidem, eam præcipue ob causam, qvia ejus-
modi Insignium, vel traditio, vel nullo interveniente, ab
Imperantibus ipsis, propria manu assumptio, aut occu-
patio, essentialibus, inaugurationis Imperantium, actibus,
qvi, à nonnullis, addita Unctione, & Coronatione, absolvi
solere dicuntur, (vevit annumerari (a)): Inter ejusmodi
itaque, supremam Majestatem exprimentia Insignia, radi-
ant qvam maximè in oculis totius humani generis, 1. Sacra
Corona (β); 2. Sceptrum (γ); 3. Pomum, Globus seu Orbis
cruce insignitus; μῆλον græci vocabant (δ); 4. Clavis Aurea
(ε); 5. Amiculum, Pallium, vel Toga, pellibus pretiosissimis
aureisque exornata ac distincta coronis; priscis Imperato-
ribus, Paludamentum dicebatur (?), cui cum propriæ, tum
majorum imagines insertæ (η); 6. Gladius districtus (θ); vel
vagina eburnea abditus (ι); Taceo præterea 7. Diadema
(κ); 8. Signum crucis (λ); 9. Armillas (μ); 10. Annu-
lum

(a) idem loc. cit. p. 71. (β) Joh. Lott. antiq. Sveo. Gotb. l. 2. c. 9. p. m. 54.
Boeclerus Diff. Acad. de Aufz. Reg. c. 3. p. m. 252. Generos. Gyllenst.
diff. Polit. 3. p. m. 154. Car. Paschal. per totum l. 9. de Coronis Reg.
(γ) Boecler. loc. cit. p. m. 253. Dan. Ott. Jur. publ. c. 10. p. m. 274.
Gen. Gyllenst. loc. cit. (δ) Dan. Otto: Jur. publ. c. 10. p. m. 275. Gen.
Gyllenst. loc. cit. Locc. itid. p. m. 57. (ε) Locc. loc. cit. Gen. Gyllenst. loc.
cit. p. m. 155. (?) Phil. Carol. Ant. Rom. l. 2. c. 12 p. m. 67. (η) Dan. Ott.
Jur. publ. loc. cit. p. m. 276. Gen. Gyllenst. diff. Polit. 3. p. m. 156 (θ)
vid. eund. cit. Phil. Car. p. ead. (ι) Dan. Ott. loc. cit. p. m. 273. Gen.
Gyllenst. ibid. Eocc. Ant. l. 2. c. 9. (κ) Just. l. 12. c. 3. v. 8. Thotozan. de
Republ. l. 6. c. 20 §. 23. p. m. 231. Marc. Frid. Wend. inst. Polit. l. 2. c. 5.
p. m. III: Dan. Otto. lib. cit. p. 271. Theod. Reinking. de Regim. sec. Eccl.
Eccl. l. 1. Clasf. 3. c. 8. p. m. 224. Chokier. Fac. Hist. Cent. l. c. 81. p.
m. 160. Carol. Paschal. l. 9. de Cor. (λ) Georg. Schonborn l. 2. Polit. c. 206.
p. m. 131. Wend. loc. cit. (μ) Chokier. loc. cit.

him (α); 11. Fasces & Secures (β); 12. Hastam (γ); 13. Purpuream & albam vestem (δ); 14. Trabeas (ε); 15. Cydarim (ζ); 16. Campagum, vel compagem (η). 17. Tiaram (θ); 18. Virgas laureatas (ι); 19. Prælationem ignis (κ); Et sexcenta alia similia Regum & Regnorum Pignora atque Insignia, quæ passim universus orbis adorat, ceu suis, nequaquam, destituta mysteriis (λ). Nam quemadmodum Fasces & Secures Romanorum, ut de hisce solummodo nunc dicam, potestatem, sanabilia castigandi, insanabilia verò amputandi, denotabant membra (υ); sic reliqua illa recensita longè illustriora, vel auspiciatae illius sanctitatis, quæ in Regibus residet, propria sunt Symbola (ν); vel personam Regis & Imperatoris, ut dictum antea, a plebeis discernunt; vel aliam quamcunque, Eis, à DEO datam esse indicant eminentiam, Majestatem, & potentiam. Unde rectissime non nemo (ο): licet (inquit) Majestas, non in externis ipsis, scilicet insigniis, sed interno animi decore ac potestate Regia consistat; attamen, pulchra sunt, tantæ dignitatis ac decoris Regii, atque externa honoris monumenta: quib⁹

ab

(α) Curt. l. 10. c. 5. Wend. l. cit. p. 112. (β) id. loc. cit. Chokierloc. cit. p. 159. Phil. Car. Ant. Rom. l. 2. c. 11. p. 65. Schonborn. loc. cit. p. 131. (γ) id loc. cit. Just. l. 43. c. 3. v. 3. p. m. 497. Wend. loc. cit. (δ) idem loc. cit. Petr. Gregor. Thol. de republ. c. 20. §. 7. p. m. 226. (ε) Luc. Ann. Flor. l. 1. c. 5. p. m. 13. Wend. loc. cit. p. 132 Schonb. loc. cit. (ζ) Curt. l. 3. c. 3. Tholoz. l. 6. c. 20. §. 23. p. m. 231. (η) Cujac. obf. 28. Schonborn. loc. cit. Wend. loc. cit. (θ) Bæcl. Diff. Acad. de auffp. Reg. . c. 3. p. m. 252. Tholoz. l. cit. (ι) Schonb. l. 2. Polit. c. 20. p. m. 133. (κ) Curt. l. 3. c. 3. p. m. 39. Schonb. loc. cit. Petr. Greg. loc. cit. §. 11. p. m. 227. (λ) Bæcl. Diff. Acad. de auffp. Reg. l. c. Reink. l. 1. Class. 3. c. 8. §. 18. Gen. Gyllenst. diff. Polit. 3. p. m. 153. seq. Locc. l. 2. Antiq. c. 9. p. m. 54. seq. (μ) Chok. loc. Schonb. l. cit. p. 131. (ν) Bæcl. loc. cit. p. m. 253. (ο) Job. Locc. loc. cit. p. m. 58.

ab aliis imparium honorum, & minoribus aliorum gravibus differt: Præter hoc, quod sunt Regii munera memoriaria, etiam ad eminentiam & auctoritatem Regiam, populi, externum splendorem & pompam non parum resipientis, oculis, & per eos, animo magis insinuandam & excitandam, quo venerabilior & conspectior sit, hæc insignia quoque inventa sunt: sed non licet diutius hisce immorari.

§. IV.

Temporis eqvidem, intra quod coarctor, ratio, & magna fatis alias rerum dicendarum moles, non pateretur in præliminaribus prolixè hærrere; tamen, ut in Academiis receptæ methodo, ex parte quoque satisfiat, unico solummodo vel altero verbo, titulum huic Discursui præmissum, examinare placet: Cumque originationes vocum, in illo contentarum, omnibus prorsus sint in propagulo; illas prætereundo, ad graviora me accelero: Quod autem, ritus Unctionis, in prædicto titulo, a me dicatur Sacer, hoc est, Divinus & Religiosus; id extra controversiæ aleam positum esse arbitror; quare quoque longiori quadam ejus probatione supersedeo: Nam quæcunq; in eo occurserunt, nil nisi divinitatem spirant & sanctitatem: si etenim originē Unctionis perlustravero, necessum profiteri habeo, eam ceu sacram, a Divinitate promanasse; si adhæc ipsum actum respexero, deprehendo utiq; eum sanctitati quam maximè iminere, sacraq; devotione peragi; si proporrò Personam Ungendam, meis subjecero oculis contemplandam, offendō certè eam divinitatis vices, hisce in terris, non solum sustinere, sed & divinitate, ob potestatem, a solo DEO sibi traditam (a) esse plenissimam; si denique eum,

qui

qui Ungendi munus peragit, consideravero, etiam eum, Saeris ordinibus esse debere initiatum, aut peculiariter ab ipso DEO ad id destinatum, invenio; Ex quibus omnibus resultant, solennes hi loquendi modi: quod Coronatorum Majestas, dicatur Sacra; ipsa quoque Corona ta atque Consecrata Capita appellantur Reges & Imperatores Divinissimi; Sancti; Sacratissimi; Maximi; Clementissimi; Serenissimi (α); iple quoque inaugundi actus Sacer; Sacra Unctio, Sacrum Imperium.

§. V.

Hisce sic, & quidem breviter expositis, Imperantium vocabulum te sifteret nunc contemplandum, cuius pariter splendore, hujus Disputationis praesentis, prima illustrantur initia: sed cum illud, apud plerosque eruditè sit expositum¹ (β), ab omnibus, quoque ad obsequii gloriam natis (γ), haud obscurè alias etiam intelligi queat, nolo in re manifesta, intempestivè sedulus esse (δ): id tantummodo dicam, quod Divini illud Imperantium Nomen, hic non accipiatur strictè, pro Imperatoribus solummodo Romanis, vel hodiè Romano-Germanicis, quorum Majestas, præfinitos ultra Imperii terminos, se non extendit; sed in propria sua significatione, prout Reges, Imperatores & quoscunq; Monarchs, ex proprio arbitrio, pleno Dominationis jure, designat Imperantes (ε): quo ipso, relego hinc acceptionem, quâ apud Romanos quoque denavit eum, qui imperium belli, suis auspiciis administrandi, a populo duntaxat acceperat (ζ); nec non victorem & νκῆμι, qui res magnas bello gesserat, & lege defini-

(α) Boëcl. diff. de auff. Reg. p. m. 250. (β) Tholoz: l. 6. c. 9. (γ) Tac. l. 6. Ann. c. 8. (δ) Curt. l. 3. (ε) Jul. Cœf. De bel. Gall. p. m. 53. (ζ) Casaub. ad Svet. Cœarem,

finitum numerum hostium occiderat (α), utpote, saepius
indigitato meo instituto, minus convenientes: Reliqua,
sive in statu Aristocratico, sive Democratico, usitata
Imperantium nomina, huc neq; facientia, consultò præ-
tero; sincerè innuens, quod Imperantium vocabulum,
h. i. solummodo, Monarchicam designet potestatem haben-
tem, adeoque omnia, Majestatis Regiae includat Jura (β).

§. VI.

Verum enimvero, sicut plerasqvè alias, sic & Un-
ctionis vocem, quam, inter reliquias, Dissertationis hu-
jus Inscriptioni inferui, varias, pro ratione præcipue Un-
gendorum, admittere observo significationes, quarum no-
tabiliores putantur seqventes: Sumitur, itaque, primò, Un-
ctio, pro Unctione Sacerdotali in V. T. eaque, cum Ponti-
ficum, tum etiam secundi ordinis Sacerdotum, qvorum in-
itiationem in eo differre, earum rerum periti existimant,
quod illi ungerentur aromatibus primis, i. e. optimis (γ),
imò adeo, ut aliquando oleum in capita eorum effusum,
barbam vestimentaque madida redderet (δ); hi, vero, oleo
tantū adspargerentur isto Unctionis, admixto sangvine, qui
erat super altare (ϵ). Adhæc, secundò, Unctio, qvandoque
denotat Unctionem Propheticam, in V. T. pariter quæ vi-
guit, ut Eliae (ζ): &c. Præterea, tertio, complebitur Un-
ctionem Spiritualem, vel fidelium, vel ipsius Christi Salva-
toris; qvā illi, Spiritu Sancto ad mensuram (η); hic, vero, scil;

B

Je-

(α) Soran. Lex. p. m. 1647. (β) Bæcl. Diff. Ac. de Ausp. Reg. c. 3. p. m. 248.

(γ) Godr. Mos. & Aar. l. 1. c. 5. p. m. 24. (δ) Psalm. 133, v. 2. Lev.

8. v. 12. (ϵ) Godr: loc. cit. (ζ) 3. Reg. 19. v. 16. (η) Eph. 4. v. 7.

JESUS CHRISTUS, oleo lætitiae unctus, tam extensivè (α) qvā intensivè, esse dicitur, præ consortib⁹ suis (β). Proporro Unctio, quartò, Castrensem significat Unctionem; quæ, sicut speciali peragebatur ritu; ita quoque talis Unctus castrensis, auspiciorum bellicorum causa, plerumq; ungebatur (γ). Audit & quintò, Unctio aliqua Medicinalis sive Chirurgica, quod Medicam excentib⁹ artem, aliisq; ex quotidiana experientia constat. Taceo sextò, Unctionē Athletarum, certamen aliquod ineuntium; quæ, eo olim facta est fine, ut corp⁹, & agile, & lubricū redderetur, manusq; illud attrectare niten-
tis, eluderentur (δ). Prætereo, qvoq; septimò, Unctionem mortuorum; cuius tam Sacra pagina (ε) quam alias fæpe-
numerò profani Scriptores, mentionem faciunt (ζ). Nihil dicam octavò, de Unctione Pontificiorum extrema, quæ plane, ab antecedenti & veteri discriminari non malè putatur (η); Sed nec nanò, Extraordinariam Apostolorum Unctionem, qua ægros curabant cum oratione, multis tangam (θ); multominus decimò de Unctione convivantium olim, prolixè referam; quorum, non tantum pedes, sed & capilli, immò caput, ungebantur: quam consuetudinem, cum Judæis, tum Romanis, fuisse usitatam, ex Historiis patet; magis tam Romanis (ι). Omitto denique, undecimò, Unctionem lapidum (κ); plurimasque alias, vel duodecimo, illicitas atq; superstitiones; vel decimotertio, improprias Unctionum

spe-

(α) Godr. Mos. Et Aar. l. 1. c. 4. p. m. 25. (β) Ps. 45. v. 8. (γ) Aug. Pfeiff. Ant. c. 28. §. 2. p. m. 210. (δ) Minel. in not. ad Ovid. Trist. l. 3. p. m. 102. (ε) Gen. 50. v. 26. (ζ) Cart l. 10. c. 10. p. m. 379. (η) Salmasius. Did. quoq; annot. Georg. Horn ad Sulp. Sev. l. de vit. B. Mart. t. 15. p. m. 461. (θ) ibid. (ι) Chokier. Fac. Hist. Cent. 1. c. 2. p. m. 8. (κ) Carol. Pafca. Coron. lib. 4. c. 4. p. 215.

species: quandoquidem, ut antea dictum, mihi, *decimo-*
quarto, Sacer duntaxat Imperantium Unctionis ritus, hac
 vice curæ cordique sit.

§. VII.

Præmissis jam præmittendis, antequam ad causarum,
 cœterorumquè requisitorum evolutionem, propius ac-
 cedo; necessum fore existimo, hic aliqualem, pro mo-
 dulo ingenii, Unctionis Regiæ seu Imperatoriæ, exhi-
 bere Definitionem, vel potius Descriptionem; quæ talis,
 cum alios, mihi, hoc in negotio præeuntes, non inve-
 nio, esse poterit: Unctio Imperantium, est, actus quidam
 Solennis & Sacer, quo, quis, ad Imperii administrationem,
 aut per Successionem, aut Electionem, aut alio quodam
 modo, constitutus, adeoque absoluta potentia præditus,
 certis adhibitis, sive permittente DEO, sive ex more Re-
 rumpublicarum, sive ex genio seculi, sive ex proprio Re-
 gentium nutu, Ritibus atque Ceremoniis, a Persona qua-
 dam plerumqvè Sacra, itidem vel a DEO, vel ab ipso Inau-
 gurando, ad id peragendum ordinata & selecta, Oleo vel
 Balsamo inungitur & consecratur, qvò Majestas Personæ
 Regentis, omnibus innotescat, reddaturque conspectior.
 Hujus simpliciter allatæ delineationis, actus puta Uncti-
 onis Imperatoriæ, singula membra & partes, quando-
 quidem animus est, in sequentibus, breviter carptimquè
 percurrere; ad ulteriorem itaque earum analysin, re-
 sta properabo:

§. VIII.

Sistit autem sese, omnium primo, in Definitione, evolvendā
 (ut jam de ejus genere nil dicam, quod ex antea adductis,
 & inferius adducendis, alias satis inclarescit) Causa Princi-

palis Unctionis, quæ est, & ibidem indigitatur esse, potissimum Deus; Hic quippe, quemadmodum plurimorum Sacrorum Rituum existit tons & origo; sic nec immerito, Regiæ quoque Unctionis ceu Divinitate plenissimæ, Sanctitate quæ sua commendatissimæ, Auctor habetur. Quo etiam respicere videtur assertio illorum, qui volunt expressè Unctionem Regalem, ab ipso præcepto Divino, tunc processisse, dum Mosi Tabernaculum ædificanti, mandasset DEUS, ut Sacrum conficeret Unguentum, quo postea Reges & Sacerdotes inungerentur (α). Licet, vicissim e diverso, in Scriptura Sacra, peculiarem legem, de hac Regum Unctione, sicut extat de Sacerdotum (β), non contineri, sint qui autument (γ); interea, tamen, certum est, ipsum Supremum Numen, ipsius Unctionis Regiæ usum ita sanctificasse, ut exempla reperiantur plurima, eorum, qui, iussu ejusdem Sanctissimo, inuncti, Regni Judaici gubernacula regenda suscepserunt: in his nominandus venit Saul omnium primus (δ), & postea David (ϵ), atque Jehu (ζ), nec non Hazael (η). Quid? cum ipsa Regum Unctione nunquam DEO displicuisse probari queat, quin potius statuminari possit, Eum, quammaxime ejusmodi Unctiones approbasse (ϑ); rectè etiam DEUM, tanq; Causam Principalem & Primam earundem, reverenter saluto: Hanc quoque ob rem, Spiritum Sanctum ipsos Reges, titulo Uctorum Domini, velut elogio, nihil ad Majestatem demonstrandam accommodatori, decorasse, observant Eрудiti: In tanti momenti illustrationem, ulterius adducere ju-

var,

(α) *Joon. A. Chokier. Fac. Hist. Cent.*, 2. c. 67. p. m. 307. (β) *Exod. 29. v. 7.* (γ) *Dvensted. Ant. Bibl. part. 2. n. 2. §. 4. p. m. 8.* (δ) *I. Sam. 15. v. 1.* (ϵ) *ibid. c. 16. v. 1.* (ζ) *2. Reg. g. v. 1.* (η) *3. Reg. 19. v. 16.* (ϑ) *I. Sam. 8. v. 5. 6. seqq.*

vat. Celeberrimi cuiusdam Politici (α) judicium, super verba Nicephori Calisti (β), sic sonantia: Θείῳ γῷ τάτας χρεον-
τες πνεύματι, εἰς, ταῦτα πατέρων πολιτείας, καὶ ἀκόντια ἀρχάλοντες καὶ
ἀνθρακεῖσι ἐπὶ τῷ γῇ αὐτοῖς πάντας πατέρων πολιτείας εἰναιαν, τῆς κατὰ
πάτραν ἀληθεῖς ἀρχῆς καὶ ἔξτασις τῆς σωτῆρος ἡμῶν ἵνα τούτης τοις Χριστοῖς:
Ahdæc, inqvā, laudatus Politicus hunc in modū: Ecce imaginē DEI & Christi in Regibus, Regum in Christo: innuens
haud obscurè (paucis interjectis) Christorum nomen, quod,
cum Rege omnium Christo, commune Regibus esse voluit
DEUS, in argumenta hujus Philosophiæ, quod, videlicet
& is, Principalis Unctionis Regiæ Institutior, jure me-
ritoque vocari debeat.

§. IX.

Causarum proporrò secundariarum, Unctionis Regiæ,
mentionem facientes, nec ipsos Homines, communī
mortalitatis Legi subjectos, prætereundos esse, putant;
qvinam vero primi fuerint, apud qvos, Reges suos Un-
gendi, receptus fuit mos, aliis, discutiendum relinquō;
de Ministeriali tamen causa, pauca annotabo: In Vet. equi-
dem T. Minister Unctionis Regiæ, ordinariè fuisse perhi-
beatur Sacerdos (γ), Propheta (δ), & Pontifex (ϵ) vel
etiam nonnunquam Pontifex, ac Propheta aliquis simul
(ζ), ut vult Schickardus (η): quem tamen non per
omnia approbat Qvenstedius (ϑ); imprimis vero,
quod dicat ille Salomonem, & à Nathane Propheta
& à Zadoko, ceu Pontifice, fuisse inunctum, cum hic
vondum fuerit Pontifex; adstruens præterea nec necessa-

B; rium

- (α) Bæcl. Dissert. Aead. de Ausp. Reg. p. m. 243. (β) lib. I. c. 14.
(γ) 1. Reg. I. v. 39. Qvenst. Ant. Bibl. part. 2. n. §. 5. p. m. 9. (δ)
Pet. Georg. Tholozan. de Rep. I. 8. c. 2. §. 10. (ϵ) 2. Paro. 23. v. II. (ζ)
I. Regum I. v. 34. (η) de Jur. Reg. p. m. 73. (ϑ) loc. cit. p. m. 9. §. 10.

rium absolutè fuisse, Rēgem a Pontifice ungī, Saul, enim, (inquit ille) & David, à Samuele qvoqvè inuncti sunt; Hunc, quia etiā Samuelem, Sacerdotē nonnullibi appellat Sulpius Severus (α), Idcirco hic malè a qvibusdam audit (β). Cæterum, eandem quoque, per Sacerdotes, Reges inungendi consuetudinem, per cuncta plerumque secula, invalusisse, licet observare, adeò, ut quidam Eminentior ex Sacerdotali ordine & dignitate, vel pro lubitū Regis Ungendi, vel pro varietate Regnorum, præcipue vero Archi Episcopus (γ), ad id peragendum, adhiberi soleat: Sic ungebantur olim Reges Francorum, ab ArchiEpiscopo & Patritio Rhemensi (δ): Angliae, a Primate Cantuariensi, rem diuinam faciente: Imo, verò, Sacra Inaugurationis Regalis & Imperialis Solemnia, pari modo, apud alias Gentes & Nationes esse celebrata constat, a Personis Sacro Ordini iniciatis: Ita in consecratione Regis Pannoniæ, quondam ministrabat, Archi-Præful Strigoniensis: In Bohemiæ, Moguntinensis (ε): In Orientaliū Cæsarum, Archi Episcopus seu Patriarcha Constantinopolitanus: In Regis Hispaniæ, Episcopus Tolotan⁹: In Regis Poloniæ, ArchiEpiscop⁹ Gnesnensis: In Americanorū leu Britanniæ vulgo, (sunt veba Tholozani) ArchiEpiscopus Turonensis: In Regis Navarræ, Episcopus Pampelonensis: In Imperatorum Germanorum, ArchiEpiscopus supra nominat⁹ Moguntinus: ut de Regib⁹

Per-

(α) *Sacr. Hist.* l. 1. c. 64. §. II. (β) *Drusio. Div. Aug. contr. Faust.* l. II. c. 23. *Div. Hier. contra Helvid.* l. I. c. 13. *Dionys. Petav. de Doct. temp.* l. 4. c. 48. *Seld. in decis. de sum. Pont. potest.* *Quest.* I. c. II. & 12. (γ) *Conf. Kong Carl den XII. Smørjelse Act.* *Gen. Gyll. disp. Polit 3. p. m. 153.* (δ) *Bod de Rep. p. m. 1131.* (ε) *Bruschus. de omnibus Germania archiEpiscop. lib. 8. c. 2. §. 10. 324.*

Persarum nihil proferam; qui Pasargas proficisciabantur, ubi
a Persicis Sacerdotibus, Regio more initiaarentur (α). Sed
ut eo redeam, unde digressus sum: quod, in S. Sacra
alicub dicatur, totus populus Judaicus Reges quosdam,
ut exempli gratia Joasin (β) unxiisse, monent Com-
mentatores (γ), verba illa *ovvendoxiās* esse accipienda,
quod videlicet, officium illud Unctionis Regiae, nomine
universitatis, sit per Sacerdotes (δ), quibus id compere-
bat, specialiter administratum. De cætero, qui ex ejus-
modi Sacra, in Imperantibus ungendis functione, Ponti-
fical em aliquam elicere conantur prærogativam, eos omnes,
cum suo Papali Idolō, ad garamantas, ablegatos velim.

§. X.

Ex quibus autem materialibus, composita fuerint an-
tiquitus, hodieque componantur unguenta, in tam
Sacrum usum consecrata, operæ pretium est, ut nunc
perqvirat: De Oleo, cuius naturæ & illud fuerit apud He-
breos, controvertunt plurimi. Joan. Henr. Reizius, in
genere dicit, Oleum illud Unctionis compositum fuisse,
ex ἄραμασι καὶ ιδύσμασι πολυπλέστι, aromatibus & condi-
mentis suavibus, multi valoris (ϵ). quod iterum specia-
lius ac clarius, Sacer Codex exponit, indigitando, id ex
Myrrha, Cinnamomo Casia & Oleo fuisse (ζ). De quibus
aromatum quatror speciebus, inquit Osiander (η),
quid propriè sit censendum, non dum satis convenit, in-
ter Interpretes. Rambam Halacha Keleham Micklasa-
schi (θ), opinatur esse Muscum, sed corrigitur a Baal
Magg.

(α) Plutarch. in Artaxer. (β) 4. Reg. c. 23. v. 30. (γ)
Quenst. Ant. Bibl. n. 2. §. 5. p. 10. (δ) idem l. c. p. 9. (ϵ) in annot. ad
Godiv. Mos. & Aar. l. 1. c. 5. p. m. 24. (ζ) Exod. 30. v. 23. (η)
Comment. ad lib. 1. Sam c. 10. v. 1. p. 83. (θ) c. 1. v. 5.

Magg. recte in gloss. marg. dicente, tale quid esse de specie
fruticis alicujus, vel arboris; probatq; ex Cantico, qvod ju-
beatur decerp*i* (α). Plinius putat esse Myrrham (β):
quem impugnat Aben Esra, Com. ad Exod. commen-
dat vero R. Kimchi in Radd. expositionem eorum, qui
Thuris speciem existimant. Lutherus vertit Myrrhen, cæ-
tera, verò, Cinnamet/ Calmus und Casién. Verum, cum
& modum conficiendi, dicto loco, nobis tradat, nominatus
Osiander; placet & eum, verbis ipsius propriis hic exponere:
Modus conficiendi (ait) juxta textum (γ) est, arte pigmen-
taria quatror hæc præparare, Nach der Apotheker Kunst.
Idem Rambam accipit de tribus, verius de duabus tan-
tum speciebus, singulis seorsim contusis, mistis, & maceratis
in aquis puris, ut universa vis extrahatur; Deinde, Hin
olei olivarum (quantum 72 ova capiunt) affundi dicit &
coqui ad ignem, usque dum exhalent aquæ, & remaneat
unguentum; idque in vase asservandum posteritati. Cæ-
terum & Balsamum, in Unctione Regia, apud Hebræos in
usu fuisse, testis est Seldenus (δ), cuius hæc inveniuntur
verba: Qvod vero attinet, (inqvit) ad Unctionem Regiam,
eam non necessario oleo illo sancto, a Mose primum con-
fecto, fieri debere consentiunt; Nam & a Josia Rege ab-
sconditum illud ajunt, nec postea repertum; Unde Jehoja-
kim Regem Unctum fuisse Balsamo affirmant: idem &
a glossa Talmudica (ε) corroboratum iri sentit. Multipli-
ees, præterea, reliquorum, sive apud Persas (?), sive etiam

Par-

(α) c. 5. v. 1. (β) l. 12. c. 15. (γ) Exod. 30. v. 25. (δ) vid.
Not: Var: ad l. 1. Hist. Sacr. Sulp. Sever. c. 42. §. I. (ε) ad tit;
Megilla c. 1. fol. 9. (ζ) Chokier, Fac. Hist. Cent. I. c. 2. p. m. 5.

Parthos (α), sive in terrarum orbe, quoscunq; alios populos, adhibitorum ungventorum species, virtutes, atque pretium inestimabile, debilis mea crena, nequit exprimere: præcipue, cum certū sit, eorundē essentiam, etiam ingredi, tantæ excellentiæ res & materias, quæ ob suā caritatē & nobilitatē, ne quoad nomina quidē, mediocris fortis hominib⁹, nisi fortè quadanten⁹ iis, quib⁹ tantorum Sacrōrū quandoq; fuit commissā cura, vel qvos, tam felices esse contigit, ut Unctiones Imperantiū, corām spectare licuit, innotescere possunt: Itaq; unicū hoc saltem hisce subjungo, Unguentū nempe illud, qvod hodiē, cum primis, in Regum & Imperatorum Unctionibus, consecratum veneramur, esse prorlus singulare, esse incomparabile, esse valdē celebratū, juxta illud: ῥφόδεα, δὲ τὸ ἐύδοκιμον τὸ βασιλεὺον μῆρον (β).

§. XI.

Tacta sic strictim, Natura atq; Materia Olei seu Unguenti, apud Hebræos, tum alias alias gentes, circa solennes Unctionis Regiæ actus, usitari; proximum est, ut dispiciam ipsum Vasculum, quo, veluti Instrumento, illud, vel est olim reconditum, vel adhuc, continetur inclusum: Sciendum itaq; , Vasculum illud Unguentarium, (qvod Lenticulæ nomine, apud Hebræos venisse (γ), & non a liniendo, sed a Lenticulari Figura (δ), appellationem eam accepisse, constanter assertū eunt quamplurimi,) freqvencissimè etiam Cornu, vel ex eo, quod quandoq; revera tale sit, vel ab extrinseca pariter, nonnunq; formā, quam illud repræsentavit, olim vocatū suisce, & adhuc in hodierno, loquendi usu, solere appellari (ε). Alias, sicut plurima & diversa,

C apud

(α) Wolffg.. Seberus in Notis ad Jul. Pollut. Onomast. l. 6. p. 296.

(β) ibid. (γ) Godfr. Mos. & Aar. l. 1.c. 4.p. m. 21. (δ) Ostend. in l. 1. Sam. c. 10. Observ. adv. 1. p.m. 83. (ε) idem loc. cit. Godwin. loc. cit.

apud diversos, extitisse, ejusmodi vasorum genera, tam' qua materiam, quam formam, immo & usum facilè concesserim; sic, non semper de Ampullis Olei, aut Vasis Unguentariis (ut quidam loquitur^(α):) omnino vulgaribus, accipienda esse, haecce dicentis, verosimile putatur: τὰ δὲ ἀγγεῖα τῶν μύρων, λήκυθοι μηνῆρά, καὶ ἀλάβαστρα. Φερεκράτης δὲ ἐν λίροις ἔπηκε καὶ κυάθιον διὰ σχέδιον, ὃ τὸ μύρον ἐγχέομεν. id est, Unguentorum autem vasa sunt, Lecythus Unguentaria, & Alabastrum. Pherecrates, verò, in Lyricis, etiam Cyathium argenteum dixit id, quo unguentum infunditur. Et paulo post, is idem: τὰ δὲ ἀγγεῖα, ὃ τὸ μύρον ἔντιν, Φιάλη περοποντική, ἐξ ἀλεπτρῶν ἐκαλεῖτο. Vas, verò, cui unguentum inerat, Phialæ non absimile, Alabastrum dicebatur^(β). Qvicquid sit de hisce, tuisse autem plerumq; ex auro & argento fabrefacta^(γ), olim illa Vasa, quæ tam piis, Regiæ Unctionis usib; inserviebant, quemadmodum credibile manet; ita, extra controversiam esse puto, quod ea, in loco, non nisi Sacro, fuerint recondita: comprobante id, hodierna, quantum quidem mihi constat, experientia: nam etiam Cornu Unguentarium, Sacræ, Monarcharum Imperii Sveo-Gothici, Unctioni, dicatum, in Sacrario, Templi Upsaliensis Cathedralis, magnitudine, symmetria, & artificiosa structura incomparabilis^(δ), reservari solere, ex fida aliorum relatione, sum edoctus. De cætero, quæ de Rhemensi^(ε), & Oldenburgensi, ex ære Corinthio conflato^(ζ), Cornibus famosissimis, aliisqvè, dicenda essent, ea, utpote hoc, directè non tacientia, sciens omitto.

§. XII.

- (α) Plin. lib. 36. c. 8. (β) Jul. Poll. l. 6. c. 19. p. m. 296. (γ) l. 7. c. 33. p. m. 367. (γ) Ostend. loc. cit. ex Tustato. Abulensi in l. Sam. 10. v. 2. (δ) Drusio. (δ) Nob. Gyll. l. 7. c. 2. Descr. Imp. SveoGoth. (ε) Chokier. Falz. Hef. Cens. I. c. 81. p. m. 160. (ζ) Horn. Orb. Pol. part. 2. p. m. 94.

§. XII.

Perlustravi Materiam, Unctionis Regiæ, nobilissimam, &
 eiusdem materiæ Continens; nunc brevissimis, spectanda
 esset Forma; qvam, vel in actu ipso externo Unctionis con-
 sistere, vel ipsa Consecratione, per certas Formulas, aut
 Linitione & Effusione, Unguenti vel Olei, in Inauguran-
 dum, sub hac, vel illa figura, absolvi, qvadantenus pos-
 se, statuere & sentire, alios, non obscurè deprehendo:
 Cum hic Consecrationis vocabulo utor, non intelligo
 ἡγεμονία Imperatorum, sive Deificationem, ut Tertullianus
 interpretatur; dum scil. sive viventes, sive defuncti
 Imperatores & Reges (α), certa Solennitate ac Cere-
 monia, a multis descripta (β), in numerum Deorum olim
 retrebantur: Sed Consecrationem, hoc in loco, & qvidem
 sensu Christiano, pro benedictione qvadam Solenni ac
 Publica, accipiendam esse arbitror, qva, totus ille actus,
 ad religionem compositus, adeoque illotis, ut dicit non-
 nullus, haud aggrediendus manibus (γ), ipsi DEO, a quo
 omne bonum est (δ), calidissimis precibus, & votis au-
 spicatissimis, dedicatur qvasi & consecratur: Ejusmodi
 Consecrationis Schema atqve Figuram, unicuique exhi-
 bet contemplandam, qvidam Nummorum Symbolicorum,

C 2

Anno

(α) Bæcl. de Ausp. Reg. c. 4. p. m. 256. (β) Bæcl. ibid. Dion.
 Cass. l. 56. Histor. Herodia. l. 4. Hist. Conf. Blondus lib. 2. Ro-
 me Triumph: Onupbrius Panvinius l. 2. Fastor. Salmasius ad
 Scriptores Hist. Augustæ. Casaubonus ad Pers. Alexand. ab Alexand.
 Dierum Genial. l. 6. c. 4. Kirchm. de Fun: Rom. l. 4. c. 12. Ti-
 ragvell: Et Schild. Eccl. (γ) Qvensted. Ant. Bibl. part. I. n. 7.
 §. I. p. m. 49. (δ) Jac. I. v. 17.

Anno 1675. tempore Unctionis Regiae, Gloriosissimæ memorie, CAROLI UNDECIMI, Monarchæ nostri olim veré MAGNI, Holmiæ, ex metallo pretiosissimo, & qvidem spectabili magnitudine, cusus; in cujus parte una, Augustissima, Augustissimi Tanti Imperatoris, expressa invenitur Imago, cum inscriptione: REX. CAROLUS. ab altera verò, hic ipse, genibus flexis, manus ad Cœlum protendens, unde super caput ejusdem Divinum, a Cœlo quasi, hæc proclamantur verba: IPSE EST (α). Minister vero Unctionis, Sacerdotali habitu indutus, & Cornu Unguentario instructus, ibidem adstat, ipsa Consecrationis Sacra, cum devotione peragens; inter ungendum verò, voces hæc, quæ peripheriam, dicti ipsius Nummi, exoriant, audiuntur pariter, quasi ebuccinari: TU. NUNC. ERIS. ALTER. AB. ILLO. puta, Cœli terrarumque Monarcha, DEO.

§. XIII.

Dixi proporrò, certas quasdam Formulas solere recipiari, dum Unctiones Imperantium Sacræ, veniunt instituendæ; quas, sicut credibile est, itidem varias esse posse, nec uno eodemq; modo, sed pro diversitate Nationum, multifariā conceptas; sic quoqvæ infallibile videtur, omnes illas, mentione Divini Numinis, apud Christianos præcipue factas, enunciari, juxta monitum Apostoli Tarsensis (β): πᾶν ὅ, διὰ ποῖτε ἐν λόγῳ, οὐ ἐργῳ, πάντα ἐν ὀνόματι Κυρίου Ἰησοῦ, εὐχαριστήσαντες τῷ Θεῷ καὶ πατέρει τῷ αὐτῷ. Et quamquam, non occurrat, quantum mihi constat, κατὰ τὸ εῆτε, in Scriptura, Formula

He-

(α) Nob. Elias Brenner Thesaur. Numm. Sueo-Goth. l. 2. sub Titulo Konung Carl den XI. Medailler och Mynt. (β) Galoff. 3. v. 17.

Hebræorum, in Unctionis Regiæ actu frequentata; ^{xam m̄}
²¹ tamen, colligere licet, eandem, a modernâ Chri-
 stianorum, nequaquam abivisse: Qvod autem acclamatio-
 nes, a populo factas, utpote, VIVAT, REX! & quidē clangori
 tubarum junctas, attinet (α), dicendum est, eas, non ceu
 Formulas, durante ipso Unctionis actu, sed eodem pera-
 eto, fuisse effusas. Possem equidem, hisce jam subjun-
 gere, speciales pariter, in aliorum Imperiis & Regnis, re-
 ceptas, verborum Formulas; sed cum illæ, unum plerumq;
 exhibeant sensum, finemque & scopum intendant unum;
 nolo in re manifesta, prolixior esse. Cæterum, Formu-
 lam inungendi Franciæ olim Reges, sic sonantem: *Un-
 go te in Regem, de Oleo Sanctissimo, in Nomine Patris, Filii &
 Spiritus Sancti* (β); a qua, nec altera, a Bodino notata, mul-
 tum discrepat (γ), qvod concernit; eam, ceu e Ceremoniali
 Romano desumptam, esse cum grano salis accipiendam,
 sciunt Eruditi.

§. XIV.

Supranominatas illas, Formulas, excipit Modus Un-
 gendi; de quo, verbo tantum, nunc quoqvè agen-
 dum: quem, vel Unguenti, in eum ulum Consecra-
 ti, Linitione vel Effusione, in Membrum aliquod ungendi,
 idqe sub hac vel illa figura, aut certa, non adeo stri-
 ete observata, peractum fuisse olim, dictitant Sapientes.
 Cumqvè, unicuique in comperto sit, Sacerdotalem & Re-
 galem Unctionem, in V. T. plurimis variasse; ita etiam
 sunt, qui referunt, Sacerdotalē inter supercilia, per Chara-
 cter-

(α) 3. Reg. I. v. 34. 4. Reg. II. v. 12. Quenst. Ant. Bibl. & Ecclesi-
 part. 2. c. 1. n. 2. §. 20. p. m. 14. Chokier Fac. Hist. Cent. 2. 6.
 6. p. m. 307. (β) idem loc. cit. (γ) de Republ. p. m. 113.

eterem K, aut in frontibus, per cruciculam X (α), esse expressā, quibus admoniti sunt, non modo ejus doctrinæ, quam, jam modo professuri erant, nempe, CHRISTI crucifixi; verum etiam, multarum aliarum, in propaganda Ecclesia, subeundarum molestiarum, offendarum & persecutionum; Regalem verò Unctionem, frequentius ajunt, illito Ungvento, ad imitationem formæ Coronæ, seu literæ O (β), circa caput, vel super hoc idem, non sine mysterio, fuisse institutam: Unde non abs re, factum puto, qvod literam O, Optimates olim Hibernici, ob assignatam ei, singularem qvandam eminentiam, suis præfixam, semper habuerint nominibus; autumentes, tantæ eam esse dignitatis, ut insolenti fastidio elati, Principum, Ducum, Marchionum & Comitum, immo Cæsaris quoque titulos, præ nomine O Neal, dengnentur (γ).

§. XV.

Quemadmodum autem, omnes actiones, qvæcunque demum suscipiuntur, certum agnoscunt finem; ideo & Sacrum Unctionis Imperantium Ritum, certo & peculiariter destitui scopo, nemo, nisi extremè impius, facile dixerit: In eo, autem, succinctè delineando, aliorum, placet insistere vestigiis, prætendentium: 1. Inter infinitas alias, Finales Causas, etiam hanc, esse admittendam: ut, significetur Regibus, a DEO gratiam & robur dari, ad Reli-

(α) Aug. Pfeiff. Ant. Ebr. e. 28. §. 2. p. m. 210. Qvenst. Ant. Bibl. part. 2. n. 2. §. 4. p. m. 9. (β) Pfeiff. loc. cit. Qvenst. ibid. Bacl. Diff. Acad. De Ausp. Reg: c. 3. p. m. 253. (γ) Lanfius Orat. contr. Brit. p. m. 417. §. 418.

Religionis & Ecclesiæ, populi vel hæreditatis DEI, defensionem; 2. Ut Majestas Imperantium, in Regno stabilita, maneat consecrata & inconcussa (α); 3. Ut Persona Regia, seu Imperatoria, in oculos omnium, alias quidem, tam intra, quam extra Imperium, quæ suos diffundit radios, Divinitatis tamen, quam in his terris circumfert imaginem, latius ampliusque queat transmittere; Accedere poterit hisce, 4. quod, primo tuisset ponendum loco, DEI Ter Optimi Maximi gloria, quæ per Sacras Imperantium Unctiones, Sacrasqvæ, circa easdem, fundendas benedictiones, preces gratiarumq; actiones & hymnos, non parum extollitur, evehitur, prædicatur. Escent & plurimæ aliæ Causæ Finales, Divini adeo Ritus, hic enumerandæ; sed eas, admiratione & veneratione, rei captus, aliis, ex arcana Civilis Prudentiæ sinu eruendas, lubens relinqvo.

§. XVI.

Ut autem Regalia, non nuda, sed effectum quendam singularem, denotantia sunt signa (β); sic Sacer Unctionis Imperantium ritus, suo nequaquam caret effectu; cum & ipla Divina Oracula, tantæ subsecutæ virtutis, sano senti, accipiendæ, faciant mentionem (γ): Cæterum, qui statuunt, per Unctionem, characterem seu indeleibile quoddam & Spirituale imprimi signum, vel ut alii, potestatem quandam Spiritualem, quæ adeo indelibilis, iis est, ut ne mortalitate qvidem explora auteratur; putantes, quod semel infixum est, manere omnimodi inconvulsu (δ); eos ad Johan. de Chokier remitt-

(α) I. Reg. 10. v. 27. (β) Reinkingk. l. 1. Clasf. 3. c. 8. §. 18.

(γ) I. Sam. 9. v. 6. (δ) Chokier. Fac. Hist. Cent. 2. c. 65. p. m. 306.

remitto; ubi, eam sententiam, cum suo adjecto qualitercumq;e judicio, fusius recensere videtur: Postea tamen, illum quoq;e nodum, adducta distinctione, inter Effectum Physicum & Moralem, quodan tenus illustrari, peritiores existimant rerum: DEUS enim, siq;uidem Principum, & voluntates, & nutus, & interiora cordis, pro suo arbitrio stabilit confirmatque; ita etiam animum illorum flectit, & Heroicis, Magnanimitatis & Prudentiae donis, imbuit, ut indies Sapientia illorum, tum in consiliis capiendis, dum etiam recte administranda Republica, accrescat & incrementa capiat (α). Qvod vero attinet, opinionem eorum, qui Regi Galliae, ob extraordinariam quandam vim, in ipsa Unctione adeptam, manusq;e suae Regiae tactum, hisce additis verbis, LE ROY TE TOUCHE, DIEU TE GUARISSE; Rex te tangit, DEUS te sanet, strumas curandi facultatem, adscribunt: eos refutare, vel non, in praesentia rerum, operae pretium esse non duco; interim, ejus rei sciendi cupidum, ad Disputationes Joh. Joachimi Bentgrafs ablego (β).

§. XVII.

Jam ratio ordinis expostulat, ut, de Subjecto Unctionis, eoq;e, tam Totali, quam Partiali, seu certo quodam Membro Ungvendo agam: Totale Subjectum, commodissime, appellari possunt Imperantes, & qvidem utriusq;e Sexus (γ), h. e. Augusti & Augustae, sive Reges & Reginae: De quo, cum res sit clara, & manifesta satis; nolo in eo, diutius harere pertexendo: Circa Particularis Subjecti, considerationem, id tantummodo notans, qvod

pro varie-

(α) Ofstand. in lib. 1. Samuel. c. 9. pag. m. 81. (β) De Tactu Regis Francie, Anno 1659. Wittenbi. habit. (γ) Dan. Otto. Jur. publ. c. 10. p. m. 297.

pro varietate, receptæ convetudinis, nunc unum, nunc
plura, soleant inungi membra: Præcipue, autem, Unctio-
nes Sacræ, in Imperio Sveo-Gothico, per multas ætates,
eo modo sunt frequentatæ, ut & frons, & articuli manu-
um, ad gubernacula Regni, Destinatorum, vel Natorum,
oleo perungerentur; meminit, ejusmodi Unctionis festi-
væ, Reginæ qvondam Christinæ, lavaviter canens, insignis
illius Historiæ Sve-canæ, Auctoris (α), fistula dulcissima:

*Sacro tintatum oleo caput, aurum cingit honoris,
Devotum hocce DEO, stat patriæque caput.*

Pergit proporro:

Ungantur queris, cur Regia tempora, summum

Pectus, & articuli, cur utriusque manus?

Instruit ingenio, virtute & robore, firmat

Qvod caput & mentem, brachia & ista Deus.

Idem quoq; in Unctione, non ita pridē Imperatoria, Clementissimi nostri Regis, CAROLI XII. obtigisse, ex Relatione, tā
sacræ solemnitatis, colligere licet: ubi hæcce leguntur verba (β):
Når Kongl. Majst war kommen til Altaret, lade Kongl.
Majst Sceptren, och åfwen strax den Kongl. Kronan på et
til den åndan där fram lagt Hynde/ och föll så på knä öf-
wer en där stålt och med Hynde betäckt Pall; då tog
Erckie-Biskopen Smörie-Hornet/ och der af smorde Hans
Kongl. Majst i Annat och bågge Hand-lederne / medan
Kongl. Majst stod på knä / sähandes: Den Altmäch-
tige ewige GUD/ gifwe sin Helige Anda/ som är
den rätta glädiones Ollio/ uti Eder Siäl/ Hus-

D

wud

(α) Loccen. vid. Nobil. Gyll. Pol. Disp. 3. p.m. 153. 154. (β) Berättelse om Hans Kongl. Majst Konung CARL den XII. Smörielse Act, anstält den 14. December Åhr 1697.

wud och Sinne/ händter och lupsåth/ igenom hvil-
kens gafwa/ I mäge styra Land och Rijke/ at det
må lända GUD til Prijs och åhra/ Rått och Rått-
wiſſa til styrckio/ Land och Folck til goda. Ritum
verò, Hebreæ gentis, hoc in momento, Regiæ, Sauli,
nimirum Davidis & Salomonis, aliorumquæ Unctiones,
egregiè repræsentare queunt; quas quoque vix minori
Uugventi copia (α), institutas esse, poterit qvis statumi-
nare, ac in V. T. Summorum Sacerdotum, in qvos, adeò
abundanter estfundebatur, ut etiam aliquando a capite, ad
barbam, imo & pedes, descendenter balsamum (β): Hinc
antiquum etiam illum, Judaicæ Consecrationis morem,
in Unctione Caroli Magni Imperatoris Romani, fuisse
observatum, Græcus quidam Poeta testatur, a Joan: de
Chokier citatus (γ):

Oὐ μὲν ἀλλὰ καὶ γάμεν Θ καὶ νόμοις ἴσδαιων,
κακηφαλῆς μέχετ ποδῶν ἐλαῖας τῆτον χείρα.

h. e. Cæterum, Judaicis etiam ritibus usus, a capite
usque ad pedes, eum perfundit oleo.

§. XVIII.

Sed, Historiæ profanæ, nec non Sacer Codex, quoniam
mentionem faciunt, iteratæ quandoque Unctionis, & in
hujus rei veritatem, adducitur Exemplum, Davidis alio-
rumq; (δ); sciendum itaque est, eandem, præcipue, respe-
ctu nominati Davidis, addo & Saulis, non sine causa fu-
isse repetitam, & quidem ideo, ut ea esset fundamentum

&c

(α) Godw. Mof. & Aar. l. 1. c. 5. p. m. 24. (β) Psalm. 133. v. 2.
Lev. 8. v. 12. (γ) Fac. Histor. Cent. 2. c. 65. p. 306. Car. Pasch.
Coron. lib. 2. c. 4. p. m. 77. Plin. l. 13. c. 3. (δ) I. Sam. 16. v. 12.
2. Sam. 2. v. 4. c. 5. v. 3. I. Sam. 10. v. 17. c. II. v. 15.

& radix, & principium omnium posteriorum (α) : Regnum enim Israeliticum, in familia Davidis, erat hæreditarium; hinc etiam, citra specialem Unctionem, Filii, in locum Parentum Regum, succedebant (β). Huic superaddit quidā & hanc (γ) : Auctoritatis, nempe, in Saulē diminutionem, contemptu obreestationeç̄ populi, collapsæ; it. o. idē, insignia quædā facta & merita, nec non fortitudinis specimina, inter iterandæ Unctionis causas refert (δ); alii in supra memoratis casib⁹, distinctionē Unctionis, in publicā & privatā, locū habere putāt. Quod verò ab initio §. dictū fuit, iteratio[n]ē Unctionis, apud alias quoq[ue] gentes, fuisse læpius, de facto, institutam; id ex Pipino & Carolo Magno, Romanorū Imperatorib⁹, clarū evadere censem: quorum historiam, utpote prolixiorem, sicut, hoc transcribere non lubet (ε), sic Papali Insolentiæ ac avaritiæ, talis iteratio, non parum imputanda.

§. XIX.

Enодato Subjecto, succedunt præcipua qvædam Unctionis Regiæ Adjuncta, qvorum primum est Sanctitas; secundum Antiquitas; tertium necessitas; Cumq[ue] de Sanctitate, suo modo intelligenda, antea actum (ζ); de Antiquitate quoqvè, tanto pauciores etiam, hic du-cam lineas, qvanto clarius esse puto, itidem ex superiori allatis (η), qvod non Heri, vel hodiè Inauguratio Imperantium, per Unctionem, ceperit: Unde, ipsius jam Mosis temporibus, ab aliquibus, respectu mandati Divi-

D 2

ni,

(α) Qvenst. Ant. Bibl. & Eccles. p. ant. 2. n. 2. §. 5. p. m. 10. Pined. l. 2. de reb. Salom. c. 6. Fol. 90. seqq. Jos. de Uoifin Obs. ad Pugn. Fidei Fol. 247. seqq. (β) Qvensted. loc. cit. Godw. Mos. & Aar. I. 1. c. 4. p. m. 21. (γ) Osiand. in Loc. Doctr. ad I. Sam. c. II. v. 14. Conf. etiam c. 10. v. 27. (δ) idem loc. cit. (ε) Chokier Fac. Hist. Cent. 2. c. 65. p. m. 306. (?) suprap. 7. §. 4. (η) §. 8. p. 12.

ni, ea, qvia, tribuitur & adscribitur (α): ideo & inter omnes Ceremonias, Regalis Inaugurationis, ut antiquissima, ita & ordine prima, prædicatur Unctio (β): Sanè, nec desunt, qui eandem, non apud Hebræos primum, in usu fuisse, sed antea jam dudum, apud alias gentes viguisse, statuant, & quidem hoc innixi fundamento, qvia, circumvici-ni Hebræorum, anteqvam ipsi Hebræi, Regio teneban-tur Imperio (γ): Alias enim nunquam sibi talem tradi optavissent Regem, qvalem univerlæ habebant nationes (δ). Idem indicare volunt, pariter, apologum illum, quo ad Sicheimitas, longè ante hæc tempora, petitionis sci-liset Regis, usus est Joatham, qui sic se habet (ϵ): Je-runt ligna, ut ungerent super se Regem: & paulo post (ζ): Si vero vos me ungitis. &c. Apologos autem, & alle-goricas locutiones ex eo plerumque sumi, qvod magis usitatum & notum sit: De qua re, Commentatores, loca adducta illustrantes, sic quoqve loquentes, intro-du-cuntur (η): allusio fieri videtur ad Unctionem, qvæ illis temporibus, usitata jam erat, non tamen apud Ju-dæos, cum Regem nunquam adhuc habuissent, sed, apud alias gentes.

§. XX.

Dum sententias, circa Necessitatem Unctionis Impe-rantium, perpendo Eruditorum, invenio & hic ali-quam, inter eos, discrepantiam: alii enim eandem, ceu ablo-

(α) Chokier Fac. Hist. Cent. 2. c. 67. p. m. 307. (β) Qvenst. Ant. Bibl. & Eccl. p. ant. 2. c. 1. n. 2. §. 4. p. m. 7. (γ) idem Ant. Bibl. & Eccl. loc. cit. (δ) 1. Sam. 8. v. 5. seqq. (ϵ) Jud. 9. n. 8. (ζ) ibid. v. 15. (η) Serarius Comment. in cap. 9. v. 8. Jud. Quaest. 10. p. 254. Einl. 1. Regum p. m. 41.

absolutè necessariam defendere videntur (α): alii (β) iterum, Inaugurationem Magistratus Summi necessariam, quidem qvoad substantiam, cum & J. G. recepta sit, & Jure Divino approbata (γ); sed arbitrariam, qvoad circumstan-
tias esse censem; alii autem, ejusmodi ritus, neutro mo-
do absolutè necessarios esse asserunt (δ); cum nihil aliud
sint, qvam solemnis constitutionis declaratio, sine qvi-
bus, legitimè constituti, scilicet, sive per successionem;
sive electionem, qvin Imperare possint, nil obstat: His
& alii accedunt plurimi Politicorum, & quidem hisce-
suffulti rationibus: qvod etiam illi olim legitimi Impe-
ratores, revera fuerint, cum tales Ceremoniae, vel nul-
lae, vel parcius, adhibitæ sunt (ε): Imò, nil novi juris
per Ceremonias ejusmodi, Imperatoribus accedere, sed
solummodo, qvod prius, Cœlitus collatum est, festivè
magis, qvam de necessitate significari (ζ), autumant.

§. XXI.

Cæterum, æstatem Ungendorum, qvod attinet, neqvit
illa, certo annorum numero metiri, pendet namque
ea res, in totum a voluntate Imperantium, qui jam ab
ipsis cunis, a DEO, Imperii Sceptris sunt destinati. Pro-
inde, non potest non, qvilibet aslurgere, statuentibus, an-
num qvemcunqve esse legitimum; sive ille fuerit lepti-
mus; sive decimus quartus; sive decimus quintus; qvo
etiam

(α) Conf. Theod. Reinkingk. l. 1. Class. 3. c. 8. §. 19. (β) Alsted.
in Encyclopæd. Polit: c. 3. p. m. 1401. (γ) Num. 27. 2. Sam. 5.
(δ) Rev. olim; Epist. D. Gezel: Polit. p. m. 121. Quæst. 8. (ε)
Gen. Gyllenb. Desc. Imp. Sveo Goth. l. 5. c. 6. (ζ) Theod. Reink-
ingk. l. 1. Class. III. c. 8. §. 19. p. m. 226.

etiam, præter propter, modernus noster Clementissimus ac Potentissimus, Rex atque MONARCHA, CAROLUS DUODECIMUS, ad omnium Ordinum, ardentissima vota & preces, gloriosissimas, Imperii sui Hæreditarii, suscepit habendas moderandas (a): sive denique vigesimus quartus, aut alius quispiam, ex iis, qui nominatos, vel præcedunt, vel intercedunt, vel etiam sequuntur, annis.

§. XXII.

Sic fuere Ritus, & Formulæ Ungendi Magistratus Supremos, pro Regni cuiusque arbitrio & consuetudine variæ; adest jam locus Unctionis examinandus, qui etiam antiquis temporibus variabat: Plurimarum enim Nationum Reges, olim, non intra urbis cuiusdam pomœria, fuisse usitatos, sed extra Civitatē, prohibetur (β); ceu de Regib⁹ Hebræorū, qui, vel ad certas arbores, vel etiā fontes, inuncti sunt, refertur (γ); Ducebatur, namq; in quī sit, Nov⁹ Rex, boni omninis ergo, ad scaturiginē alicujus fontis, ut ibi coram populo inungeretur (δ): quod tamen non ita absolute accipendum, ac si non aliquando, etiam in locis, DEO specialiter Sacratis, id apud eos factitatum fuerit; sicut & hodiè, Imperantes, non nisi in Aedibus Sacris inungi solent (ε).

§. XXIII.

JAM equidem, Unctionem ipsam antecedentia Regalem meritō hic essent enumeranda, concomitantibusque jungenda; sed cum ea, unicè dependeant, ab Im-

(a) Conf. Konung CARL den XII. Smörielse-Act. (β) Bod. de Republ. l. 2. c. 8 p. m. 130. (γ) Schickard. de Fur. Reg. p. m. 71.

(δ) Qvenſt. Ant. Bibl. part 2 p. m. 9. Schickard. loc. cit. (ε) Gen. Gyllenſt. Descr. Sveo-Goth. l. 6. o. 5. Idem Disp. Pol. 3. p. m. 144.

Imperantium nutu & temporum mutatione, ideo nec quisquam, exactam & invariabilem eorum descriptio-
nem, poterit polliceri: Instar omnium tamen, Regia-
rum solennitatum, poterit esse Regum Sveciæ, & præ-
cipue CAROLI XII, REGIS nostri Clementissimi Unctio(α),
non ita pridem, cum universali, Septentrionis gaudio per-
acta; quam, num quisquam mortalium, lingua sua aut
crena, licet dissertissima, condignis suis, queat exponere
coloribus, valdè dubito.

§. XXIV.

Quæ itaq; de Consequentiis, ab aliis, diffusè satis exposi-
tis (β), dicenda essent, illa etiam, ego brevitatè unicè
studens, lubens meritoq; prætereo; hoc saltem innuens,
quod iis, quidam, ipsam Equitum creationem, annume-
rant (γ), quorum etiam diversos ordines, apud nos fuisse,
satis superç; constat (δ): Deinde, apertioñem quoqvè
carcerum, sed non promiscuam, iis adseribunt (ϵ): Additur
& Circuitio Ericæa, ab Imperantibus Sveciæ Unctis, olim
instituta (ζ) vel à Romanis, quæ expeditio Romana, seu
der Römerzug (η), dicta. Et

(α) Supranom. Relation. om Konung C A R L den XII.
Smörjelse A&t, Confer. Aur. Bulla Caroli IV (β) Dan. Oto-
to. Jur. Publ. c. 10. Generos Gyllenst. Disp. 3. Polit. p. m. 158.
Qvenst. Ant. Bibl. & Ecc. part. 2. c. 1. num. 2. p. m. 7. seq. &c.
(γ) Gen. Gyllenst. Descript. Imp. Sveo Goth. l. 5. c. 6. idem Disp.
Polit. loc. cit. Conf. etiam Hans Oloffsons Relation om Konung
Christiernus Tyrannij/ p. m. 105. (δ) Conf. itid. Disp. de Eqvit:
sub Præsid. B. Petr. Lagerlöfß Upps. anno 1696. habit. (ϵ) Titul.
Württ-Gotha Lag. Råttlösa Balcker. Job. And. Osland. Com.
in l. I. Sam. p. m. 92. (ζ) Kongz Balcker Landz Lag. Cap. 6. Gen.
Gyllenst. Disp. Polit. 3. p. m. 159. idem Desc. Imp. SveoGoth. lib. 5. c. 6.
(η) Dan. Otto. Jur. Publ. c. 10 p. m. 296 seqq.

Et sexcenta alia, de qvibus consuluntur, passim Auctores; sed quotidiana maximè experientia: Nunc demum restat, ut REGEM nostrum Clementissimum, CAROLUM XII. in tutelam & protectionem civium, Regni Sveo-Gothici, a DEO, datum, hujusqvè Uncturn, diu salvum & hospitem vivere exoptem. Faxit Supremum Nurmen, ut procul ille sit dies, qui, Illustrissimum illum, Orbis Arctoi, Solem, obfuscet! Reqviescat super Eum, fœcunda Altissimi gratia, suæq; benedictionis rore, Eum adeò irriget, ut, quemadmodum Romani, sub Augusto Cæsare viventes, eo præ-primis nomine, se felices reputabant, quod non tantum, sub pacato degebant Imperatore; verum etiam eo, quod felicitas eorum perpetua quasi & æterna fuit; sic & nos sub Rege nostro Augustissimo vigentes, non leqviorem, sed multis numeris auctiorem experiamur felicitatem!

Qvo ipso, etiam brevem hunc discursum, sequenti
claudio doxologia:

*Gloria sit Patri, sit gnato gloria sancto;
Gloria Spiritui, Triadi sit gloria sacra.*

